



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

- I. Die Edlen von Plote schenken dem Kloster Arendsee 42 Hufen Landes bei Netzeband im J. 1232.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

Material für die Geschichte von Kyritz noch in irgend einer Form übrig ist, so vollständig als möglich hier zu sammeln, um dadurch zu einer sorgfältigern und ausführlicheren Behandlung der Geschichte dieses Ortes, wie vorstehende Zusammenstellung enthält, einem der Lokalverhältnisse kundigern Freunde historischer Forschung die schwerer zugänglichen Materialien an die Hand zu geben.

U r k u n d e n.

I. Die Edlen von Plote schenken dem Kloster Arndsee 42 Hufen Landes bei Neßeband im J. 1232.

Notum sit — quod nos Johannes & Geuehardus de Plote ecclesie in Arnesse ad sustentationem monialium XLII mansos cum omni jure contulimus, tam in pascuis quam in agris & paludibus et aquis & silvis —. Isti mansi jacent inter nyzzebant & dominum abbatem de Dunamunde super Timentitze fluuium. Datum in Wusterhuse, Anno incarnationis Domini M^o CC^o XXXII^o VI^o Nonas Maj.

Nach einer Copie.

Anmerkung. Von den Besitzungen des Pommerschen Klosters Dinamünde in dieser Gegend findet man weitere Nachricht in einer Urkunde vom Jahre 1238 in von Dreger's Cod. dipl. Pomeran. p. 190.

II. Der Edlen von Plote Privilegium für die Gewandschneidergilde zu Kyritz, v. J. 1245.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Johannes, dei gratia dominus de plothe, et fratres ejus Geuehardus et Conradus, nec non et Johannes, eorundem patruelis, omnibus hanc litteram inspecturis Salutem et omne bonum. Acta presentis temporis solent sepius in futurum deperire, nisi firman- tur debito subsidio litterarum. Ea propter notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos ci- vitatem nostram Kyritz, secundum honestiora prospirere volentes, jura fratrum Gilde et illorum, qui in- cifores panni nuncupantur, hactenus (observata) in civitate nostra Kyritz, in melius immutamus, ita vi- delicet, quod Burgenfes nostri super hoc jura observent, que fratres Gilde et incifores panni in stendal observare hactenus consueverunt. Sunt autem hec jura ipsorum. Nemo presumat incidere pannum, nisi consortium nostre fraternitatis habeat: qui autem hoc infregerit, Gilde per tria Talenta emendabit. Ter in anno debet esse colloquium fratrum, et quicumque ad hoc non venerit secundum justitiam emendabit. Quicumque nostram fraternitatem intrare voluerit, cujus pater noster confrater fuerit et pannos incidit, cum amicis suis ad colloquium fratrum veniet, et si honeste se gesserit, ad primam petitionem cum quin- que solidis consortium fratrum poterit adipisci, et magistro sex denarios dabit: et si bene non se gesse- rit, deferri debet ad secundum colloquium et ad tertium. Quicumque autem de civibus nostris intrare voluerit, si probus homo sit et honestus, talentum ad introitum fratribus presentabit et magistro solidum unum dabit. Si vero hospes aliquis homo probus fraternitatem nostram habere decreverit, ad introitum Gilde XXX solidos dabit et magistro decem et octo denarios dabit. Tempore autem nundinarum, id est annalis fori, quilibet hospes, dummodo de opere nostro sit, incidere pannum poterit toto foro illo